

Accusatorem hunc igitur mederi aliquando voluisse rei p., sed utilitates eius labefactasse demonstrat.

Ii medentur rei p., qui exsecant pestem aliquam tamquam strumam civitatis.

5 Κατ... definiens aliter, quid sit mederi rei p.: incommoda scilicet ei et pericula detrahere. Sed quod ait *strumam civitatis* ... intellegere debemus; pertinet enim ad ipsum Vatinius, qui traditur fuisse strumosa facie et maculoso corpore.

Sed mihi oratio est cum virtute, non cum § 138.
10 desidia, cum dignitate, non cum voluptate.

... implet exhortationem bonae sectae ad conservationem rei p. pertinentis. Non aliter et M. Cato in legem Orchiam conferens ea, quae virtus ..., ut summae gloriae sint a virtute proficiscentia, dedecoris vero praecipui existimen-
15 tur, quae voluptas suadeat non sine labe vitiorum.

L. Opimius indignissime concidit.

§ 140.

Et Sallustius auctor est in bello Iugurthino L. Opimium Mamilia lege damnatum, quod videretur in ea legatione, quam cum ceteris functus est apud Iugurtham, pecunia esse corruptus.